



**Admonitio pia et necessaria, de synopsi orationis Ioannis
Iacobi Grynaei, professoris theologi Zwingiani in Academia
Basiliensi : qua disputationi de coena Domini, Heidelbergae
Anno 1584. die 4. aprilis propositae, 15. eiusdem, finem
imposuit**

<https://hdl.handle.net/1874/423583>

ge

8

Admonitio PIA ET NECESSARIA, *DE* SYNOPSI ORA- TIONIS IOANNIS IACOBI GRYNAI, PROFESSORIS THEO- logi Zwingiani in Academia Basilensi:

*QVA DISPUTATIONI DE COENA
Domini, Heidelberg Anno 1584. die 4. Aprilis
proposita, 15. eiusdem, finem
imposuit.*

A U T O R E
*Iacobo Andreæ D. Præposi-
to Tubingensi. vide Apologia marci Brunlii
nach hanc ad monum hunc anno 1585.*

Matth. 23.

*Vx vobis Scribæ & Pharisæi hypocrita, qui circuitis Mare & Aridem,
vt faciatis vnum proselytum, & cùm fuerit factus, faciatis eum fili-
um gehennæ, duplo magis, quām vos estis.*



*T V B I N G A E
Excudebat Georgius Gruppenbachius,
Anno 1584.*

Aduouicio

ET IN NECESSARIA

SC

S Y N O P S I O R A

T I O N I S I O D I N I S I V C O R I

C A T A L O G U E O F T H E

E G Y P T I A N M U S E U M

1870

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

A C C O U N T O F T H E C O M M U N I

M

W H I C H C O M P R E H E N S I V E L Y D E S C R I B E S

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

THE C O M M U N I T Y O F T H E C O M M U N I

I.

ADMONITIO PIA

ET NECESSARIA, DE SYNO-
PSI ORATIONIS IOANNIS IACOBI

Grynae Zwingiani Professoris Basiliensis, qua finem Dis-
putationi Heidelbergensi de Cœna DOMINI
NI, imposuit:

Ad pium & Christianum

Lectorem,

PO ST Q Y A M C O N F U T A T I O N E M *Synopsis oratio-*
Disputationis Grynaianæ de Cœna nis Grynae.
D O M I N I absoluī, eodem die, quo ex-
empla ad mercatum Francofortensem
auchūtur, in Synopsis incidi orationis,
qua Ioannes Iacobus Grynaeus, finem
Disputationi de Cœna habitæ, imposuit. In qua quum
non modò atrogañter de vistoria gloriatur, & absque
Senatus consulto Triumphum sibi ipsi decernat, sed
impudenter, turpiter, & flagitosè quoque mentiatur,
committere non potui, quin etiam paucis de ea Chri-
stianum lectorem monerem.

Nam quod ad rem ipsam attinet, & doctrinæ vani- *Vanitas doctrinæ*
tatem, atque impietatem, quam in suis thesibus pro- *Grynae de*
pugnandam suscepit, in Confutatione nostra eiusdem *Cœna Domini.*
Disputationis, copiosè dictum est. Ad quam suis locis
pitum lectorem remitteremus.

Orationis verò huius publicationem, non modò *Causa editæ*
auditorum iudicium publicè in fine Disputationis af- *Orationis Gry-*
fixum, sed etiam proprium conscientiæ testimonium, *nei.*

haud dubiè extorsit. Quum minimè ignoret, quām turpiter se in illo congressu dederit.

*Grynei mala cō-
scientia in causa
Sacramētaria. C. 4. fa. 2.* Quod adeo verum est, vt sub finem orationis suæ conflictibus, & tot telis in ipsum vnum contortis, senserit tandem animum suum obtundi, & ipsum varietate NON NIHIL DISTRAHI, nulla autem re alia, quām intemperie & importunitate, & sanctissimorum roundam Christi seruorum, Satyrica insectatione, perturbatum fuisse.

*Causæ distra-
ctionis & per-
turbationis Gry-
nei in Disputa-
tione Heidel-
bergenſi.* Quæ autem huius distractionis & perturbationis causa fuerit, auditorum iudicium lūculenter testatur publicum, ad quod toties in ipsius Disputationis cursu, prouocauit, in fine nostræ confutationi adicatum.

A. 2. fa. 1. Quum igitur intelligeret, se neq; expectationi suorum, neque aduersariorum satisfecisse, sed cū suo Respondente turpiter cōfusum fuisse: rectè monet: sibi per oēm suam vitam, nullo alio tempore, D IV, M V L T V M, OPTIME Q Y E præmeditata oratione, quām hoc ipso, opus fuisse. Ut quòd sibi optimè conscius fuerit, quum nihil habuerit, præter humani cerebri figmēta & sonnia, quæ veritati & simplicitati verborum Testamenti opponeret, A QVORVM SCRIPTO ET LITERA se recedere, in Thesibus Heidelbergensis Disputationis, apertè testatur.

*Gryneus argu-
mentis urgetur
ab aduersarijs.* Quòd verò centies eadem allata argumenta conqueritur, COLOR RHETORICVS est. Postquam enim argumenta producta cum suo Respondente confutare non posset, eadem ab opponentibus doctoribus, ad ipsius confusionem, vrgeri doluit.

*Kōſpondentia ſunt maroz Brumley ſignata
qui ſtuysſt Ayerbe giā m hū ſubcū ſum dñi aō 1585*

Sux

Suæ autem opinionis homines, superioribus annis, se suppliciter audiri petentes, non ad horam auditos, quod cōqueritur Hypocrita insignis, Respondentem suum audiat : qui, quum hæc eadem de coena Domini doctrina, in Academia Tubingensi, per interficierter auditum hebdomadam discutienda, à me proposita esset, sunt. Zwingiani sufficienter auditum habens.
 non modò omnes omnium professionum doctores, & auditores, extranei in primis prouocati, sed ipse, Respondens eius, per integrum diem, cum summo tedium & molestia reliquorum auditorum, omnibus, ante & pomeridianis horis, auditus est. Quo tempore patientiam meam (quod sine arrogantia dictum volo) mirati sunt omnes, quod hominem ineptum & stultum, toto hoc tempore, sustinere potuerim. Qui coram toto auditorio aperte confusus, quum nihil amplius adderere, ad suæ opinionis assertionem, & nostrarum Thesaurorum oppugnationem posset, erroris publicè conuictus, se ad suos Tigurinos scripturum, publicè testatus est, sequè minimè cum illis sentire, si tam prophanam doctrinam profiterentur, quæ in nostris Thesibus, & Disputatione publica, aperte damnata fuit.

In primis verò optimi quique, cùm ex professoriibus, tum studiosis quoque, in stuporem conuersi sunt, interpretationem quum illi, Patriarchæ erroris huius Zwinglii subsidiū suam Verb. Test. um obijcerem, & ex hoc ipsius libello, Tiguri in qua forma impresso, verba recitarem, in quibus Zwinglius fatetur, se interpretationem (in suis scriptis comprehensam) verborum Testamenti Christi, in somnio A SPIRITU didicisse, QVI A T E R A N Spiritus ALBUS FVERIT: non meminerit: Deo autem gratias agere pro reuelatione facta. Egregius sanè Propheta &

Respondens Grynae.

Zwinglii in primis quoque, Patriarchæ erroris huius Zwinglii subscriptio, ab atro spiritu in somno didicisse.

ta, & egregia reuelatio per spiritum facta , cuius grātia
 A S C R I P T O V E R B O R U M Testamenti, scilicet, rece-
 dendum, & ad opinionem Zwinglii, pio homini acce-
 dendum sit, quem demonstrauit, N O N A L B U M, sed
 A T R U M spiritum, hoc est, ipsum Diabolum fuisse.

*Disputatio de
Cœna Domini
& Persona Chri-
sti, per D. Iaco-
bum Andrea-*
Anno 1580.

*Vvittembergæ
proposita.*

*Publicare no-
tio quorundam
in Disputatione
Vvittember-
genſi.*

Idem anno octuagesimo, Vvittembergæ quoque factum, vbi in quartum diem Disputatio extracta est, & omnium professionum Doctores, Magistri, Studioſi, Pastores, & illi in primis prouocati sunt, qui Caluinistarum opinionem amplexi erant. In qua viri egregiè docti, cùm viderent, opinionem doctrinæ Caluinistarum nullo solido veritatis fundamento niti, in amplissimo confessu, & studiosorum frequentia summa, quam Lectorium capere non poterat, sed ad fenestras astantes, auditores, quā plurimi se præbebant, haſtenus se in errore versatos, publicè fatebantur. Tribuere autem laudem veritati manifestatae, pro qua Deo, & præſidi gratias egerunt.

Simile Heidelbergæ quoque factum esse, non ignrat Grynæus, videlicet, ex auditoribus Disputationis, quosdam prius Grynēo, & opinioni ipsius additos, post Disputationem testificatos, se, omnibus diebus vitę suę, impia doctrinę Zwinglianorum & Caluinistarum renunciare, in qua afferenda & propugnanda, Grynæus cum suo Respondente se tam turpiter dederit.

A.2. fa. 2. , , Qua fiducia ingenij & facundiæ ad hanc Disputa-
 tionem accesserit, sibi optimè conscius est. Qua verò
 spe

Spe sua, & ipse & patroni eius frustrati sint, euentus & *Fiducia ingenij exitus Disputationis* docuit. Et quām non piæ & veræ & facundia Gry doctrinę de Coena Domini sementem fecerit, sed zizaniam in agro Domini seminauerit, ab *ATRO SPIRITU*. *Ibidem.*
 TV Zwinglio suppeditatam, & confirmatam, in *Confutatione Disputationis* eius prolixè demonstrauit. Ex *Zizania Grynae in agro Domini.* quo etiam de fructu Disputationis huius facile iudicium fieri potest. *Ibidem.*

Quòd verò moderatam æquitatem passim in Disputatione sua, & in Synopsi huius orationis commendat, vt qui neminem insectatus sit aut læserit: quām flagitosè mētiatur, in Confutatione Disputationis ipsius *Moderatio Gry-* us ostendimus: ubi scorpionum iictus notati sunt, qui- *nai hypocrita-* bus synceros doctores, Lutherum in primis, hæc vice-
ra venenatissima petijt.

Quām autem non assecutus sit, quod sibi suique polliciti sunt, auditorum iudicium testatur à nobis bona fide publicatū. Postquam enim, non modò pessima conscientia hanc causam agere, sed in eius propugnatione eum tam turpiter deficere viderunt auditores, quos prius opinionis socios habuit, post Disputationem habitam, candem detestari coeperunt. Quod cùm verum esse sciāt Hypocrita, quantam quæso impudenteriam esse iudicabimus, qui ex parte sua de fœlici successu Disputationis suæ tam confidenter gloriari audet?

Vnde etiam factum est, contra ipsius & patronorum suorum voluntatem, vt, quod Philippum Melanchthonem dixisse scribit: *Cuncta Dei opera per contraria ab errore Zwinglii gigno renovari.*

A.3. fa. 2. „ fieri, sic quoque per Disputationem Gynæianam ab errore Zwingliano quosdam auditores reuocatos esse, ad quem stabiliendum & propugnandum, instituta fuit.

Quàm profanus eius quoque animus sit in asseren-

Ibidem. „ dareligione, ex eo patet: quòd aduersarios suos, quos Profanus animus Gynæi „ in hac controuersia habuit, & quos publicis scriptis, in Religione. „ tāquam Martionitas, Eutychianos, opinionis ipsius so- „ cij damnarunt, pro cōseruis habeat. Eos verò quicquā „ ad bonitatem causæ ipsorum, & evidentiam confirmā- „ dam & illustrandam contulisse, iudicium auditorum „ publicum demonstrat.

*Silentium Gry-
nei, & omnium
hypocitarum.* De sacro silentio, quo se in posterum vt velle haud obscurè indicat, quid iudicandum sit, in nostra Con- futatione copiosè diximus. Est enim res Hypocritā non indigna, præcipuorum luminum Ecclesiæ, Luthe- ri & sociorū eius autoritatem, scripto publico lādere, de eo autem propter sacrum silentium nemini respon- dere velle. Sed videamus, qua ratione decursum hu- ius Disputationis suæ perstrinxerit. Quòd primum op- tima conscientia ad optimæ causæ iustum defensio- nem se accessisse gloriatur, vt S A C R A V O C A T I O- NI, & professioni minimè decesset, & voluntati illi Prin- cipis Ioannis Casimiri satisfaceret, prius cīcū opinio- nis suæ socijs conferendum fuisset, qui publico scripto contra D. Lucam Osiandrum Heidelbergæ haud ita pridem edito, clarissimum ac doctissimum virum, M. Balthasarum Bidenbach præpositum Stutgardianum, in Domino piè defunstum, Heidelbergæ (ad expurgan- dum fermentum Zwinglianorum, per illustrissimum Electorem Ludouicum Palatinum euocatum) sine le- gitima

Ibidem.

I.

*Gryneus mala-
conscientia
banc causam
agit.*

gitima vocatione versatum fuisse, accusarunt. Id si re-
ctè ab illis scriptum est, quos propter sanctitatem & sa-
pientiam, tantùm non adorat Hypocrita noster, qua
igitur conscientia Grynæus ad hanc Ecclesiarum piè *Gryneus sine le-*
constitutarum deformationem accesserit, Hypocritæ gitima vocatio-
nostro, suæque opinionis socijs, considerandum relin- ne Heidelbergæ
quo.

Qui non modò contra Testamentum optimi
Electoris Ludouici, Imperatoris, adeoque summi
Magistratus autoritate confirmatum, sed etiam
contra trium Illustrissimorum Principum Contuto-
rum iunioris Principis filij vnici relieti voluntatem, pe-
nes quos N O N M I N V S quām Illustrissimum Princi-
peum Ducem Ioannem Casimirum, VOCATIO LE-
G I T I M A hæc erat, Heidelbergam se contulit, & in-
foelicissima sua Disputatione, Academiam cum Eccle-
sijs Palatinatus perturbauit. Ut nihil dicam, de relon-
gè indignissima, & in Imperio vix audita, Filium vni-
cum Electoris optimi, proximum Regni hæredem re-
lictum, lachrymis, & summis viribus renitentem,
contra patris defuncti voluntatem ultimam, Testa-
mento confirmatam, violenter ad impias Caluinista-
rum conciones audiendas pertrahi.

Potuisset ergo Grynæus in patria sua Academia *Gryneus & Mo-*
potius subsistere, vbi se habere ait, quod agat, quām *τριεπίσκοπος.*
S I N E L E G I T I M A V O C A T I O N E, ad Academi-
am Heidelbergensium perturbandam, vicariam ope-
ram præstare, si suæ conscientię consulere voluisset.
Præsertim ad tribunal D.N. Iesu Christi vocatus: post-
quam Dominus ei opinionis suæ socios, tam horren-
da desperationis exempla; ob oculos posuerit, quæ

Pal. Electoris
filius, ad Calui-
nianas concio-
nes audiendas,
violenter per-
tratus.

in Confutatione, ad refutandam vanitatem cius, reci-
taui.

Gryneus impar Utinam verò diligenter prius apud animum suum oneri ad defen- expendisset, quod hoc loco, sed nimis serò fatetur, dendum errorē **O N V S V I R I B V S S V I S I M P A R , E T M V L T O Zvuinglianum. M A I V S , Q Y A M P R A V I D E R A T ,** sibi impositum esse. Sub quo bonitas causæ ipsum releuare nihil po- tuit, quum pessimam causam se tueri non ignoret, qui **A S C R I P T O** verborum Testamenti Christi aperte recedit, & interpretationem eorum auditoribus incul- *Gryneus auditio-* cat, quam Zvuinglius ab **A T R O** spiritu in somnio di- *rīs non presidis* dicit. Ideoque iuxta illud Augustini dictum à se alliga- *partes sustinere* **T U T I O R C O N D I T I O A V D I E N T I S ,** debuisset. **” Q Y A M D I C E N T I S F V I S S E T .**

Ibidem. **” Sed animi persuasio vanissima Hypocrifam dece-
pit, quòd arbitraretur, s^e **V N V M** (vt scribit) **H O S P I T E M ,
& L I E R I S D E S T I T U T V M ,** tela sustinuisse eorū, qui scri-
ptis, librorum apparatu instructi, & cives huius loci,
socia iungentes consilia, & Theologica arma, accede-
bant. Vnde maiorem se gloriam consecuturum spera-
bat, cùm nihil aliud, quam summam confusione, si
publico iudicio auditorum credimus, reportauerit.**

*Studium glo-
rie in Grynae* **11.** **” Deinde, quam minimè verum s^t, quòd theses suas**
A. 4. fac. 2. **” perspicuè, verè, & citra aliorum odiosam insestationē**
Theses Grypaei. **” scriptas proposuerit, Confutatio nostra suo loco do-
cet. Et hypocrisī Opinatoris nostri manifestè prodit,**
*Disputatio Gry-
nei Heidelber-
gen. è tabula pri-
us publicata de-
sumpta.* **quòd Methodum tabule prius æditæ se secutum esse te-
statur. Qui omnibus persuadere conatus fuerat, quasi**
**sine scriptis & apparatu librorum, ad hanc Disputatio-
nem accesserit, quam prius diu multumque medita-
tam habebat, vt considereret, se v N V M aduersariorum
ictus & tela facile sustinere posse.**

Et

Et est res omnibus manifestissima , cùm corpus Christi NULLA DIVINA VI simul in duobus locis, VLO MODO præsens esse posse contendunt, quòd præsentiam Christi, adeoque institutionem, TANTVM ADAOS yop restringant, quamvis nihil minus facere videri vellint: quòd videant, auditores ipsorum, crassam Theologiam Zwinglii, sine colore amplius sustinere non posse, qui hoc apertè docuit: & carnis Christi in coena Domini præsentiam non modò, non necessariam, sed etiam inutilem esse, contendant. Ideoque panem dunt taxat significare corpus Christi, non cum eo corpus Christi distribui, contra Lutherum pugnarunt.

Id cùm inteligerent Caluinistæ quām durū in auditorum auribus sonaret, de præsentia corporis Christi VERA ET REALI in Eucharistia tam splendide concionantur, vt auditores ipsorum mirentur, de qua re tandem inter nos controuertatur, quibus clamoribus varijs, de capernaitica manducatione, & cyclopica lazienia carnis Christi, quam nostrarum Ecclesiarum Doctoribus sceleratè imputant, satisfacere student.

Id quoque facere nostrum Hypocritam Gryneū, & consensum cum nostris simulare, atque pessima fide recitare, de quibus inter nos conueniat: item corpus Christi à coena Domini excludere: veritatem verborum Christi peruertere: omnipotentiam atque præsentiam hominis Christi, in hoc Mysterio negare: neque in quo cardine controuersia versetur: & quibus utraque pars fundamentis vtatur, non modò non exponere, sed contra nostros turpiter & flagitosè mentiri, in Confutatione nostra ad oculum pio lectori demonstrauimus.

III.

Quod tertio loco gloriatur, se placide ad argumē-
Hypocrisis Gry- ta respondisse, si qua hoc nomine laus illi debetur, ne-
nai. quaquam ei detraho, sed hypocrisis huius virulenti
 Opinatoris mihi non ignota est, qua non solūm mihi,
 sed vniuerso Theologico Collegio in Academia Tu-
 bingensi superioribus annis turpiter imposuit, donec
 honorem Doctoratus, ut vocant, à nobis emendi-
 caret.

*De dicto Tho-
 me: Christus
 ubiq, totus sed
 non totum.*

Quām verò Scholasticorum & Thomisticorum
 asinorum dictum: Christus est vbiq̄e Totus, sed non
 TOTVM, Damascenus non confirmet, in Refutatione
 Orthodoxi Consensus, & Grynæi Disputationis, antè
 ostensum est. Etsi enim vocabulum (Totus) personam,
 & (TOTVM) naturas significat: non tamen vnam dun-
 taxat naturam denotat. Nec TOTVM Christi, aliquid
 aliud, quām Totum Christum significat, qui non To-
 tus est (Christus) sine altera natura, vt maximè Λόγος
 ab æterno sine natura humana extiterit.

*B. I. fa. 1.
 Christus qua
 homo, quomodo
 ubiq sit.*

Sic, cùm dicit, Christum, qua homo est, vbiq̄e
 esse, sed κατ' ἄλον καὶ ἄλον, quid dicat, nescit. Si enim
 qua homo est, vbiq̄e esse dicitur, simpliciter κατ' ἄλον,
 sed non duplicatum dicitur, quod duplicatum ad to-
 tam personam refertur. Et si rectè intelligeret & inter-
 pretaretur, quod hīc scribit: quando humanitas Christi
 vbiq̄e est, non IN SE IPSA, sed IN ALIO, vt dixit
 Leo Romanus Episcopus, de vbiq̄itate nobiscum nō
 litigaret. Aliud enim est dicere: Diuinitas sola est vbiq;
 & aliud: Humanitas in diuinitate est vbiq; de quo a-
 lias plura.

Ibidem. An nihil retractauerit, nihil quod dexterā datum
Inconstantia fuit, sinistra vñquam eripuerit, suo tempore, quos An-
 tago-

tagonistas habuit, docebunt. Sic quoque quām facile " Grynai in af-
aut difficile ei fuerit ad opposita argumenta responde- " sertiones sua
re, re ipsa expertus est. Neque sufficit nuda, eaq; Zvui- " doctrina.
giana recensio quorundam argumentorum.

Et non ignotum est Grynæo, Zwinglium in ver- " Zwinglianis
bo (EST) Occolampodium in vocabulo (CORPVS) incipit Tropi
Tropum collocasse. Quod etsi Hypocrita noster dam- " in vocabulis pu-
nare non audet, tamen etiam afferere videri non vult, dere.
usque adeò mala conscientia hanc causam agit. Inter-
rim Tropum fingunt in contextu ex toto genere at-
tributionis, ne errasse videantur, de quo plura alio lo-
co. Sic, nomine Filij Dei ludere Zwingianos: Et patres " B. i. fa. 2.
quoad Sacramentalem manducationem, eodem mo- "
do nobiscum Christum manducasse: item de discri- "
mine Sacramentorum veteris & noui Testamenti: de "
Agno paschali & Manna: quòd verba Christi *natura* " "
ēxtōp accipienda, quòd in cœna Domini manducare " "
idem significet, quod ore manducare: item quòd cor- "
pus Christi ore manducetur, idque ex consensu totius " "
eruditæ & præ antiquitatis: & infideles quoque non " "
minùs quām pios manducare, eiusmodi argumentis " "
confirmarunt opposentes Doctores, quæ auditoribus
ita satisfecerunt, veritatem amantibus, ut abiecta Gry-
næiana opinione, ad nostram confessionem piam ac-
cesserint. De quibus omnibus, cùm in confessione no-
stra copiosè actum sit, nolo hīc prolixior esse.

Quòd se vera & consentanea in sua Disputatio- " IIII.
ne dixisse gloriatur, quia non respexerit ad latissimas " "
humanarum doctrinarum, seu potius opinionum SE- " " Doctrina Di-
PTENTRIONES, sed ad cynosuram verbi Dei, quę ne- " " spitationis
quaquam fallat: non modò apertè falsum est, sed eti- " " Gryneiana
am " Cynosura.

am cum istu scorpionis coniunctum est. Ecclesias enim septentrionales, Saxonicas notat Hypocrita, quæ Zwinglianam doctrinam semper detestatae sunt. Et manifestè fatetur Hypocrita in suis Thesibus, quod à scripto verborum Testamenti recedat. Nec quidquam habet, quam plaustra opinionum & doctrinorum humanarum, sicut in Confutatione Disputationis docui.

De silentio suo quod dicit, se in Disputatione nūquam tacuisse, sciat, aliud esse non tacere, historias aut fabulas narrare, & aliud, ad argumenta appositi & solidè respondere. Vtrum ex his prestiterit Grynæus, auditorum publicum iudicium demonstrat.

E. 2 fa. 1.
*Aliaratio præsentia Christi
in Sacramentis
veteris, quam
noni Testamen-
ti.*

De non ENTIS efficacite concessa, respondebunt, ad quos pertinet. Interim verum est, corporis Christi nunc aliam, quo ad præsentiam, rationem IN SACRA MENTIS NOV. TEST. esse, postquam ad dexteram virtutis Dei exaltatum est, quam in Sacramentis veteris Testamenti, CVM NONDVM ESSET. Vbi ex parte nostra vniuersum chorum veterum scriptorum habemus, quod in Refut. Orthodoxi (scilicet) Zwinglianorum & Caluinianorum consensus, apertè demonstratum est.

Ibidem. Non modò autem pigere & pœnitere, sed pudore Labor puden- quoq; laboris oportet Grynæum, quem huic Dispu-
dus & pœni- tationi impendit, ex qua nihil aliud, quam confusio-
tendus Gry- nem reportauit. Nisi fortè hoc illi laborem gratum fa-
nai. ciat, quod hoc ipso quidam à Zwinglianismo ad piam confessionem conuesi sunt.

Ibidem. Quod misericordia moueat super eos, qui clauem cognitionis sibi sumant, & non introeant. Utinam

nam in sinum suum se conuerteret , & sui ipsius misc- *Gryneus donis*
reatur, quem paucis his verbis luculenter descripsit. *Dei abutitur.*

Præsentiam corporis Christi IN PANE, quòd ait, *Præsentia cor-*
ne quidem vnico apice Doctores opposentes confir-
mare potuisse, non mirandum est. Cùm enim id ex- *poris Christi in*
pane confirmata
pressa verba Testamenti Christi doceant: HOC EST tio qua.
CORPVS MEVM: à quo SCRIPTO recedendum, & ali-
quid cogitandū doceant Zvuingiani, quid mirū, si nul-
la confirmatio illis videatur? Sed pluris faciunt pij & fi-
deles, scriptum verborum Testamenti Christi, quām
glossam ATRI SPIRITVS Zvuingiani.

Nec oralis manducatio Nicolai Papæ aut Neote- *" Ibid.*
ricorum suffragatorum authoritate nititur, sed verbo *" Oralis Man-*
Testamenti Christi, qui panem accipiendo non dixit, *" ducationis*
accipite & credite, sed accipite & manducate, hoc est *fundamentum.*
corpus meum, &c. Et Scholiares Iuris peruersam in-
telligentiam confessionis à Nicolao Papa, & Synodo *" Confessio*
Berengario præscriptæ, reprehendit, non ipsam con- *" Nicolai Papa.*
fessionem piam damnat: in qua Compilatores Or-
thodoxi Consensus, crimen falsi commisisse, demon- *b.2.f.1.2.*
stratum est.

Nec quisquam ex nostris negauit, pronomen
(HOC) de pane intelligendum esse, sed postquam ver-
ba accesserunt, hoc est corpus meum, non amplius
pro simplici pane habendus est, sed quòd in mysterio
hoc ipsum sit, quod verba testatoris sonant. Quod
etiam de calice & poculo dictum volumus, de quo in
Confutatione Disputationis Gryneianæ, plura.

De contumeliosis vocibus in Zvuingianos & Cal- *V.*
uinianos Doctores, durante Disputatione emissis, *" B.2.f.1.2.*
quòd Hypocrita conqueritur, sciat, contumeliam non *" De contumela-*
esse,

lofis vocibus „ esse, si falsi Doctores elogijs suis ornentur. Quibus ne-
in Zwinglia „ que Prophetæ, neque Apostoli, neque Christus ipse
nos Doctores. pepercit: & frustra Nazianzeni sententia se consola-
 tur, quæ ad peruersos Doctores nihil pertinet.

VI.

B. 3. fa. 2. „ clamitat Hypocrita, qua, iudicio sapientum, fortassis
Cōmendatio „ peccare visus fuerit, mirum est si præ sanctitate *NIMIA*,
lenitatis Gry- „ ilia ei non rumpantur. Et quis quæso has Hypocritæ
nziana. laudes sustinere, vel audire potuisset, quarum nullus
 neq; modus, neque finis est, quibus Grynæus scipsum,
 cùm in Thesibus ipsis, tum in Synopsi hac ornat.

*Arrogans spiri-
tus Gynæi.*

Et quæ est eruditio eorum, qui opposuerunt, co-
 minus illis opera Gynæi, ad syllogismos formandos
 „ opus fuit, nisi in eo laudem ingenij venari, & aduersa-
 rijs malitiosè detrahere maluisset. In quibus forman-
 dis, quanta sit Gynæi eruditio & dexteritas, vel ipso
 teste, mihi ignotum non est. Ac meritò multa patiens

Patientia cur

ter tulit, postquam vidit, se cum suo Respondente inc-

Gynæo necessa-

ptum in hoc certamen cum aduersarijs descendisse.

ria.

„ Ex quorū numero, quum vni conferendi locum non

concessisset, quām frigida excusatione vtitur Grynæus?

D. Petrus Pa-

tiens.

Is verò & nomine & re Patiens est, vir clarissimus &
 doctissimus D. Doctor Petrus Patiens, sub III. & Opti-
 mo Principe Palatino Ludouico Electore Superinten-
 dens Generalis, singulari pietate & animi humilitate,
 non illa Gynæiana hypocrisi, ab omnibus bonis & pijs
 commendatus.

Hunc prius è statione sua remouendum censue-
 runt, quām institutum suum perficerent, ne ipsorum
 impijs cōatibus, sua pietate, prudentia, & singulari do-
 ctrina resisteret. Hic argumentis instructus, non fer-
 monis

*multa se mentis
frabunt*

monis vehementia , sed grauitate sententiarum , Gry-
næo molestus fuisset , si locus disputandi ei concessus
fuisset . Sed deformatori huic , eius præsentia minimè
grata fuit : sperans , se apud reliquos faciliter laudem
victoriæ reportaturum .

Longè verò gratissimus fuit alterius discessus ,
quem oculum Agminis nominat , Clarissimi viri , D.
D. Timothei Kirchneri , Professoris Theologi prima-
rij , qui Disputationi si interfuisset , pro dignitate Gry-
næum excepisset . Quem egregiè sibi , & comicè cauisse
ait . Sed quid interest quæso , postquam mandatum illi
propositum est , cui salua & illæsa conscientia satisfa-
cere non potuit , vt prius discederet , quum collegis
quoque ipsius , & alijs postea , vt à docendi munere ab-
stineant , seriò mandatum sit . Qui & ipsi non sine ma-
ximis gemitibus & lachrymis auditorum suorum , lo-
cum mutare sunt coacti .

Et ea , per gratiam Dei , est cause nostræ bonitas ,
vt triariorum , hoc est veteranorum & exercitato-
rum Theologorum auxilio in hac Disputatione mini-
mè opus fuerit . Sed Tyrones , quos tu eo loco habes ,
coram vniuerso auditorio omnibus te deridendum
exponere potuissent , si modò omnes auditii fuissent .
Quod vel vñus in Schola nostra educatus & institutus ,
non sine admiratione Ducis Ioannis Casimiri , tibi de-
monstravit . Et non ignoras , quanta sit tua eruditio ,
mihi iam pridem constare . Cuius te ipsum toties ad-
monere debebas , quoties examinis recordaris , quod
tibi subeundum fuit , quum ad impetrandum DOCTOR
ATVS honorem (cuius propter hypocriticam humi-
litatem tuam te nunc pudet) consensum in Religione

nobiscum vel simulabas , vel panem esse panem ignorabas. Vbi collegium nostrum tibi demonstrauit, quantum AD CONFIRMANDA STVDIA TVA tibi adhuc deesset.

Sed vbi quæso hic est Grynæi toties ab ipso commendata charitas , & Christiana lenitas cuius loco Hypocrita sarcasmo Sathanico eos excipit, & ipsorum exilio gaudet & exultat : quem cogitare oportebat, EXILIVM AETERNUM A REGNO DEI , terreno magis durum , & intollerabile esse. Sed hæc de illis nunc sufficient.

*Quomodo ad-
uersarij in Dis-
putatione Gry-
nnæi se gesserint.
B. 3. fa. 2. .. ipsa docuerit.*

Nunc quoque videamus , quomodo nostros negotium suum egisse exponat: de quibus denuò pro in-

nata sua vanitate gloriatur , quòd ipsorum causæ (pef-
simæ) non parum contulerint : quum contrarium res.

I. Primùm conqueritur , quòd in prima velitatione
Ibidem. ambigua , vbi planè nulla erat , sectantes , sub quo quis la-
,, pide scorpium quæsiuerint . Quàm verò id necessari-
,, um , & reipsa sic deprehensum fuerit , in Confutatione
,, Disputationis perspicuè demonstrauit.

*Zwingiani
sub quo quis
verbo ferè
scorpionem
abscondunt.*

Nam quòd dicit : IN T E R P I O S , de institutio-
.. ne cœnæ Domini , de eiusdem præsentia , de veritate
.. verborum institutionis , nullam controuersiam esse ,
.. verum est , si perpios , Ecclesiarum nostrarum confel-
.. sores & doctores intelligat : sin verò de Zwingianis &
Caluinianis sentit , quòd de his capitibus inter illos &
nostros nulla controuersia sit , quanta hæc vanitate &
impudentia dicuntur aut scribuntur ? De quibus co-
piosè in Confutatione Disputationis Grynæianæ agi-
tur.

In quibus etiam magna ex parte arx causæ collata est. Si enim personam Christi totam & integrum in coena Domini retineamus: si veritas verborum Testamenti Christi asserta est: si de præsentia Christi vera constat, omnis controversia sublata est.

" In quibus
" capitibus arx
" controversia
" collata est.

Quod etiam causam hanc non frigidè egerunt disputatores nostri, eo nomine plus laudis, quam virtutem eis tribuendum est. Sic enim seruum Domini decet, ut maximè lenitatis erga dociles nunquam obliuiscatur, seueritatem tamen falsis & pertinacibus doctribus declarare quoque oportet, quos tradidi Satanae, inquit Apostolus, ut discant non maledicere,

Nullam ergo laudem sibi ipsi absterunt, qui huic Hypocritæ, in errore pertinaci, se strenue & seueriter opposuerunt. De seductoribus autem Apostolus Paulus scribit: quod per dulces sermones, seu per blandiloquentiam & assentationem decipient corda simplicium, in quo genere Hypocrita noster Gynaeus egregium artificem se præstat, blandiloquentia & assentatione sua, ut omnes hypocritas nostri seculi facile superare videatur.

Ex sophisticis catapultis & machinis, tela & phalaricas plumbeas, quod dicit ei acutatas, & contortas: fabulas esse, auditoribus opponentes, Doctores Theologi, professores, satis demonstrarunt: dum non humani insomnijs, sed scripto verborum Testamenti Christi insistebant, nec ad pilum ab illis recedebant. Hoc quisquis sequitur, nequaquam humana somnia sequi, dici potest.

Ceterum quod ad ordinis rationem attinet, parum refert, unde initium fiat, modò omnia quæ in controversia sunt, accuratè discutiantur.

Admodum verò non modò vtilis , sed etiam necessaria est, quæ de manducatione indignorum proposita fuit quæstio , quid illi in vsu cœnæ Domini accipiunt . Primùm quidem , vt sciamus , institutionem eiusque veritatem . & integratatem Sacramenti , à dignitate nostra non pendere , sed à verbo & voluntate institutis . Cùm igitur Disputationis initium sit à manducatione indignorum , substantia cœnæ Domini vnde pendeat , docetur : & simul fraus Sacramentariorum detegitur manifestissimè , qui nec dignis corpus Christi in terris adesse credunt , vt maximè docere videantur .

*Vsus questionis
de manducatio-
ne indignorum.*

*Necessaria ad-
monitio de man-
ducatione indi-
gnorum.*

B. 4. fac. 2.

Esi igitur in illorum gratiam non instituta est cœna Domini , non tamen superiuacanea est quæstio , cuius impij & securi homines diligenter admonendi sunt , qui cœna Domini vtentes , id absque pœnitentia & fide vera faciunt : vt intelligent , Christum , propter ipsorum impietatem , à sua ordinatione non recedere , sed profanatores corporis sui horribiliter punire , quod in vsu cœnæ non solùm ad vitam , sed etiam ad iudicium manducari potest . Quod iudicium non præuationis duntaxat respectu , sed etiam executione iustitiae Dei definitur .

*Iudiciū in cœ-
na Domini quo-
modo definien-
dum.*

Ibidem.

Quomodo autem Patres manducaterint corpus Christi : quomodo illorum conditio deterior quam modo definientur , nostra in nouo Testamento : item , quomodo vis viuidum . sicandi à participatione corporis Christi sciungi possit : Item , quomodo Christus iudicium suum etiam erga eos exercere possit , qui non oraliter manducant , sed maius per hoc exerceat : Item , quomodo oralis manducatio fiat , neque ullam contradictionem implicit , si dicatur : localiter non adesse : & corporaliter mandu-

cari :

cari: Item, neque ponit transsubstantiationem, si ῥόγν: «
 τῷ in verbis Testamenti Christi retineatur; in Confu- «
 tatione Disputationis, & Refutatione Cacodoxi Cō- «
 sensus, demonstratum est. Quæ omnia etiam per dis- «
 putatores opposentes ita Grynae declarata sunt, ut
 nihil veri eis opponere potuerit.

Quas verò præterea calumnias recitat, 1. de restri *Calumniæ Gry-*
næiae. *tione appellationis Filij Dei: 2. de Agno Paschali, &* *"næiae.*
 Manna, ex numero Sacramentorum veterjs Testamen- «
 ti expungendis: De re Sacramenti circumcisionis: «
 Item quod patres non habuerint promissionem aut «
 mandatum de carne Christi manducanda: Quod «
 non eandem nobiscum escam spiritualem ederint: «
 quomodo circumcisio non sit ipsum fœdus: cùm «
 Disputationis auditor non fuerim, doctoribus oppo- *C. 1. fa. 2.*
 nentibus commendo. Quid verò pius lector de illis
 statuere debeat, & quām turpiter in his omnibus Hy- *Regula Grynei*
 pocrita noster erret, in Disputationis eius *Confutatio-* *de Sacramenta-*
 ne demonstrauit. Vbi etiam ostendi, regulam de Sacra- *libus locutioni-*
 mentalibus locutionibus, quam Grynaeus auream ap- *bus vanissima.*
 pellauit, neque plumbeam, neque veram, sed planè nul-
 lius precij, neque in Scriptura fundatam, neque à pa-
 tribus acceptam, sed in cerebro Sacramentariorum
 natam esse. In primis verò demonstrauit, quomodo ad
 Arrianismū fenestra aperiatur, si locutiones de Chri- *Per Calvinia-*
 sto, inter Tropicas & Figuratas, referātur. Cuius exem- *nismum Grynei*
 pla Heidelberga superiorib. annis suppeditauit. Vnde *ad Arrianismū*
 quisquis est, non malè locutus est, Zwingianos & Cal- *fenestram ape-*
 uinianos tandem tropicum Christum facere, & Eccle- *riri.*
 siæ obtrudere. Sic in dicto Pauli, Petra erat Christus, *Ibidem.*
 nequaquam Metonymiam, sed Metaphoram esse, re- *C. 2. fac. 1.*

Etè dicitur. Est enim Christus vera petra, & non significat petram, sed spiritualis.

*Metonymia
in verbis Testa-
menti non est ad-
mittenda.*

Similiter in verbis Testamenti Christi: Hoc est corpus meū: nequaquam Metonymiam admittimus: sed Sacramentalem locutionē agnoscimus, qua cum exterris Elementis res vniuntur in Mysterio. De quo plura in Confutatione Disputationis Grynæianæ, vbi demonstratum etiam est, Caluinistas non minus periculose de Baptismo, quam de Cœna Domini errare.

*Testimonia &
verba Caluini
et Bezae, quo sine
producantur.*

Quod Caluini & Bezae testimonia de Cœna Domini & Christi præsentia in Disputatione hac produxerunt Theologi disputantes, eo ipso minimè testatum fecerunt, doctrinam, quam Grynæus cum suis socijs profitetur, veram & verbo Domini consentaneam esse: sed quod Caluinus, priusquam Genevensis Respublica in societatem Heluetiorum recepta est, longè aliter de cœna Domini locutus sit & scripscerit, quam postea factum est. Quin hoc quoque verè affirmare audeo, me sèpe à D. Brentio, piæ memorie, audiisse, Caluinum, Anno 1540. cùm colloquium Hagonense institutum esset, TOTVM NOSTRVM fuisse. Hinc ex eius primis scriptis notum est, in illis contineti, quæ cum posterioribus, adeoque cum Tygurinorum doctrina conciliari non possint. Ideoque Helvetij Geneveses in suam tutelam recipere nolebant, nisi inter ministros ab utraque parte, in omnibus articulis Religionis, consensus fieret, qui postea typis excusus, in lucem prodijt. Præterea hanc quoque ob causam factum est, vt ostenderent, eos interdum nobiscum quidem ad decipiendos simplices loqui, sed nobiscum non sentire.

*Caluinus in do-
ctrina de Cœna
Domini sibi non
constat.*

*Caluiniani no-
biscum interdu-
loquuntur.*

Quam-

Quamvis inter ipsos quoq; Zvinglianos & Cal- *Caluiniani &*
uinianos non est firmus consensus, cùm Zwingiani, Zwingiani nō
Tygurini in primis, in gratiam Zwinglii, suum (SIGNI- *per omnia con-*
FICAT) pro (EST) introductum, non abijciant, quod sentiunt de Co-
Calinus aperto scripto damnauit. Nequaquam igi- *na Domini.*
tur honorarij prēcones innocentiae & confessionis "
Caluinianorum sunt Doctores nostri, quòd quædam "
illorū dicta in Disputatione protulerint, sicut falsò hīc "
Gryneus declamat: Sin verò candidè, idem quod
nos, sentiunt, credunt, & docent: cur nostros tanto- *Simulatio*
pere insectantur, & horrendis hæresibus, propter *Zwingianorū.*
REALM præsentiam corporis Christi in cœna Do-
mini, eos, contra propriæ conscientiæ Testimonium,
grauant?

Admodum verò friuolum est, quòd magnum "*C.3. fa.1. & 3.*
SANCTISSIMÆ SVÆ CAVSÆ argumentum esse di- "*Vana argu-*
cit, quòd toto tempore Disputationis durantis, ne- "*menta, causam*
mo iniqua præjudicia, ne extremo quidem digito, ex "*Zwingiane-*
opponentibus attigerit, quibus tamen ab ea tentata "*rum esse san-*
fuerit confessio fidei Illustris. Principis Friderici Ter- "*cissimam.*
tij, pro cuius confessionis defensione hæc Disputatio "
suscepta sit. Non enim cum defuncto Principe, sed "
cum Gryneo negotium disputantibus Doctoribus
erat. Et quid opus erat plura afferre, cùm ad ea nihil
responsum sit, quæ proposita fuerunt, vt nihil dicamus,
qua ratione audit i sint, de quibus omnibus au-
ditorium testatur.

Eiusdem valoris quoque est argumentum, ad pro- *De Arrianis-*
bandam sanctitatem causæ Zwingianorum Heidel- *mo.*
bergensium, quòd scribit Gryneus: neminem conse- "
leratissimi Arianismi uno verbulo inter disputandum

Ibidem. vnquam commemoruisse. Doctrinam enim de cœna Domini, ex verbis Testamenti Christi, & *SCRIPTO*, illi discutiendam sibi sumpserunt, quibus locus disputandi concessus est, à quo scripto recedendum esse, Grynæus contendit. Quapropter non opus erat de Arrianismo disputare.

Ibidem. Quid verò & Magistratus sui severitatem in vindicando Arrianismo prædicat, nemini ignotum est, à quibus, & qua ratione excitati sint. Et zelus Zwingliorum & Caluinianorum tantus est, vt etiam ab errore resipescentes, gladio feriendos esse consuluerint, ne forte in priorem errorem relabantur. Et iam primè poena mortis decreta est à Caluinistis, omnibus sanis Doctoribus, qui ipsorum errori fere constanter opponunt. Adeoque hoc unum illis deest, vt, quod optant, nondum perficere valeant, quod reliqui adhuc sunt pīj Principes, qui illorum furoribus resistunt. Alias non minor rabies & crudelitas nobis à Caluinistis expectanda esset, quam à Pontificijs experti sumus. Spiritus enim Caluinianorum mendax est & homicida.

Arriani Heidelbergæ ex Caluinianis facti. Neque verò tam facile notam eluent, superioribus annis contractam, quod Heidelbergæ Arriani ex ipsorum fraternitate prodierunt. Et nota est vox Adami Neuseri, Hypocrita Grynæo non dissimilis, qui à Caluiniana hæresi in Arrianismum, & ex Arrianismo in Mahometismum delapsus, Constantinopoli in aula Turcici Imperatoris miserrimè perijt, hoc Epiphonemate addito: Qui vult, inquit, vitare Arrianismum, caueat Caluinismum. Cuius manus monstrari potest. Et sicut ingens dissimilitudo est inter confessio-

nem

nem Apostolicam, & Caluinianam doctrinam: sic dis-
similis quoque ratio est, quod ex illorum cœtu hære-
tici prodierint, & nostro tempore ex Caluinianis Ar-
riani fiant. Erroribus enim & hæresibus nullam cau-
sam, vel occasionem Apostoli dederunt. Caluinianos
autem suis, contra Maiestatem Christi, Disputationi-
bus, non modò occasionem, sed causam dedisse, Po-
lonia, Transsylvania, & Hungaria testis est, vbi magnō
numero, occasione Disputationis de coena Domini,
ex sententia Caluinistarum, Arriani facti inueniuntur,
qui prius omnes Caluinismum professi sunt.

Apertum verò mendacium est, quod scribit: **A** Arrianismus à
NVLLARVM **A**LIARVM Ecclesiarum Doctoribus, nostris solide &
maiore demonstratione spiritus, Arrianismum con- conanter Con-
futatum esse. Notum enim est omnibus, cùm D. Geor- futatus.
gius Maior, libellum de diuinitate **F** I **L** I I **D** E **I**
æterna ædidiisset, Scripturæ sacræ testimonijs, veteris
& noui Testamenti confirmata, Arrianos nostri tem-
poris ea omnia, verbis, & interpretationibus Caluini,
Bezæ, Bullingeri, & reliquorum Caluinistarum elusis-
se: qui Sacramentarij Doctores, Rabinos secuti lu- Zwingiani
dæorum, hæc ipsa testimonia, sua interpretatione interpretatione
eneruarunt, & Arrianis prodiderunt. Usque adeò in- S. Scriptura In-
nocentes sunt Caluiniani, quibus hæc portenta hære- daizant.
ticarum illarum opinionum non possint tribui.

Quapropter ut hanc maculam à suis Ecclesijs ab- Quomodo ma-
stergant, Maiestatem filij hominis, ad dextram virtutis culam Arria-
& Maiestatis Dei collocati, oppugnare desinant. Inpri- nismi abstergere
mis verò à blasphema doctrina abstineant, quæ ex ore possint.
Dei maledictos, blasphemos, idololatras, & damnatos Blasphemia
pronunciat. qui in homine Christo cōfidunt, & reli- Calvin. de ado-
D giosa ratione carnis.
Christi.

giosa adoratione ad ipsum etiā suam inuocationē dirigunt. Nemo n. subito fit pessimus, sed per gradus procedit Satan, ut tandem Chtistum totū nobis eripiat.

C.3. fa. 2. „ Quòd autem denuò de conuitijs & contentiosis vociis conqueritur Hypocrita, & iterum sanctitatem suam prædicat, mirum est, si non cum Phariseo Evangelico in templum ascendet, & oret: Deus, gratias ago tibi, quòd non sum sicut cæteri homines, raptiores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Conuitia, scilicet, sunt, si paulò durius compellentur sanctuli illi. In primis verò Hypocrita noster, qui tanta est patientia, vt ne quidem viperos sibilos & morsus sibi extimescendos prædicet.

Ibidem. „ Id quām verè de se ipso scripsérunt, quæ sequuntur eius verba docent: Parum in schola Christi profecit, qui, si audiat, id sibi ab homine, temperantiae & humilitatis Theologicæ laude non admodum celebri, virtuō dari: *QVOD POSTERIORIBVS CVRIS*, quæ meliores esse consueuerunt, locum dedit, id molestè fert. An verò hæc Hypocritæ verba, non dico sibilum, sed morsum viperinum continent? quibus personam perstringit, quæ illi perfidiam obiecit, quòd à doctrina pia & sincera, prius ab ipso in Academia Tübingeri publicè propugnata, & constantia, in ea solenni iuramento promissa, tam turpiter defecérunt: huic intemperantiam & superbiam minimè Theologicam obijcit. Hæc scilicet reuerentia, & honor, & veneratio est, quam se præceptoribus, omnibus diebus vitæ suæ præstirum iuramento publicè promisit. Sed ubi interim, quæso, patientia Grynæiana, quam tantopere in suæ Disputationis

Predicatio sanctitatis sua & suorum.

nis commendatione prædicat? Mirum quòd illud Pe-
tri ei in mentem non venerit: Christus afflatus est pro
nobis, relinquens nobis exemplum, vt insequeremini
vestigijs ejus, qui cùm maledictis incesseretur, **NON RE-**
GESSET MALE DICTA. Verùm, pie Lector, híc noua
Grammatica tibi discenda erit, videlicet, non esse con-
uitia, si à tam leui & patienti Caluiniano & Zvinglia-
no spiritu prodeant.

An verò posteriores curæ in Hypocrita nostro “
meliores sint, quàm priores, Cōfutatio Disputationis “ *Profectus*
eius docet: seraphica sanè Theologia, & profectus ad-
mirandus in Theologia, quòd didicit: Panem esse pa-
nem: Vinum esse vinum: quòd panis & vinum, nomen
& appellationem corporis & sanguinis sortiātur: quòd
corpus & sanguinem Christi significant. Quis hæc sine
singulari afflatu spiritus Zvuinglij discere, aut docere
posset? Quantum, quæso, Mysterium est Metonymia
quæ in Grammatica docetur? Hæ sunt curæ posterio-
res, prioribus meliores: hic scilicet Doctoris Grynai
nostrí profectus est in Theologia tantus, vt eum ho-
noris & dignitatis, adeoque appellationis pīgeat & pu-
deat, quòd haec ignorauerit, cùm Tubingæ Doctor
Theologus proclamaretur.

Quæ omnia cùm sic se habeant, quis Hypocritæ “ *Gloriatio*
nostrí confidentiam, superbiam, audaciam, & impus-
dentiam non miraretur, qui de præclara victoria in Di-
sputatione assecuta, tanta vanitate gloriari visus est, si-
bique denuò Triumphum decernit: Videtis, inquit, “ *vanissima de*
clarissimi auditores, Dei eterni prouidentia id nos O-
TINVISSE, quod nobis in hac tota Disputatione cor-
di fuit, vt videlicet, veritas pīa confessionis nostræ de-
monstraretur. “ *vittoria in*
“ *Disputatio-*
“ *ne consecuta.*
“ *C. 4. fa. 1.*

cœna Domini magis magisque confirmetur, & illu-
strior reddatur. Cūm constet, audita hac Disputatione
ad confessionem doctrinę Ecclesiarum nostrarum ac-
cessisse, qui prius partes Calvinianorum secutj sunt.

- C. 4. fa. 2.* ,, Postremo loco, ad iuuentutem studiosam tuam
 „ orationem conuertit Hypocrita, eamque primū à
 „ diabūs quorundam ingeniorum quasi pestibus, vide-
D. 1. fa. 1. „ licet à δοσμανίᾳ, & προσωποληψίᾳ dehortatur, ne in semel
Gryneo Lutheri concepta opinione pertinaciter perseuerent, aut vnius
nomen formida ad amati Magistri authoritate pendeant. Intelligit au-
 bile.
Ab authoritate tamen Lutherum & doctrinam eius, quem tamen nomi-
Lutheri non pen nare non audet, tanta vel nominis ciui solūm authori-
dent auditores. tas est. Et tacitè nos perstringit mendacio impudentif-
nostri. simō, quasi ab vnius Lutheri authoritate pendeamus,
 eiusque opinionem semel conceptam pertinaciter
 tueamur: quod in ipsis Thesibus haud obscurè posuit,
 dum inter fundamenta doctrinę nostrā de cœna Do-
 mini, Lutheri αὐθ̄ς ἐφ̄, numerat.

Quanta autem vanitate hæc à Gryneo scribantur,
 quæ in eius oratione ad iuuentutēm studiosam institu-
 ta sequuntur, apertè docent: ybi iuuentutem ad amo-
 rem VERITATIS ET PACIS hortatur, & omnium
 ordinum atque ætatum hominibus, Iesu Christi Do-
 mini nostri, qui veritas & sapientia nostra est, exem-
 plum, & illustre dictum Ignatij Martyris proponit:
 Εποι ἀρχέσαι ὁ χριστός, & παρακλήσου, πρόδηλος ὁ λεθρός, mi-
 hi venerandæ antiquitatis instar est Christus, *CVI NON*
DICTO OBTEMPERANTEM ESSE, manifestum exi-
 tium est. Hic quæso iuuentus gradum sistat, & diligen-
 ter expendat, vtra pars Christi & Ignatij exemplum at-
 que doctrinam imitetur: ex quo manifestum fiet, an à
 Lutheri

Lutheri autoritate pendeamus, vel opinionem eius
quasi incertam, pertinaciter, propter illius amorem
tueamur. Lutherus enim in omnibus suis didacticis &
polemicis scriptis visit, & inculcauit: huic dicto Chri-
sti: HOC EST CORPVS M&BVM, &c. simplici fide ad-
hērendum & obtemperandum esse. Grynæus autem
nobis id vitio dat, & hoc nomine nos accusat, quod à
SCRIPTO verborum Testamenti Christi non receda-
mus, quoniam ex eo Transsubstantiatio sequatur. Cō-
trà verò nos ad Zwingli explicationem deducit, qui
ex reuelatione in somnio per Spiritum facta (de quo
non meminit, ATER AN ALBV S fuerit) (EST) per
significat interpretatus est , vt sit sensus verborum
Christi: Hoc significat corpus meum.

*Collatio doctri-
ne & fundamen-
turum Lutheri
& Zwingli.*

Hic non modò ad studiosam iuuentutem, verùm «
etiam ad omnes omnium ordinum & ætatum homi- «
nes prouoco, & illorum iudicio liberrimo relinquo,
vtrām sententiam aut doctrinam sequi velint: ita ta-
men vt sciant, nisi eam, quæ vera est, amplectantur, sed
contrariam pertinaciter defendant, nullam partem in
regno Dei se habituros . Hic te Grynæ cum tuæ op-
nionis socijs, ad tribunal Domini nostri Iesu Christi
voco, cum tuo Zwinglio, Oecolampadio, Caluino, *Grynaeus adtri-*
Beza, Petro Martyre, alijsque omnibus Calvinianis & *bunal D. N. Iesu*
Zwinglianis Doctoribus , vbi pro seductis animabus, *Christi vocatur,*
& perturbatione Ecclesiarum & pacis publicæ facta,
durissimam rationem es redditurus. Hic te non salua-
bit, scio, spiritus Zwinglii, de quo prius te constituere
oportet, albus an ater fuerit.

Nos autem cum Lutherò, Brentio, ipsorumque
discipulis, qui minimè dubitamus, hunc spiritū Zwin-

Lutherus, Bren- glij, non album, sed atrum, adeoque ipsum Diabolum
tius, cum suis dis seductorem fuisse, magna πληροφορίᾳ spiritus, coram
cipulis & eorum eodem tribunal, animo alaci & intrepido compare-
auditoribus ad bimus, nostrosque auditores eidem sistere parati su-
tribunal Christi mus, qui à **SCRIPTO ET DICTO** verborum Testamē-
constituti. ti ipsius non recessimus, & ne ab eadem recedant audi-
tores nostri, sub periculo æternæ vitæ amittendę, sedu-
lō hortati sumus, captiuantes intellectam in obsequiū
Christi, cui laudem veritatis & omnipotentię in
hoc Mysterio, SIMPLICITER credendo verbis eius,
*tribuant, qui efficere possit, quod **SCRIPTVM** Testa-
mēti sonat, etiam si sensus & ratio humana non ca-
piant. Cui non dicto obtemperantem esse, cum Mar-
*tyre Ignatio manifestum exitium esse dicimus.**

Gryneus coram tribunali Dei cō nāe cum omnibus tuę Zwinglianę opinionis socijs,
sistere non potest. neque habere, neque in æternum habere posse. Quin
te ipsum hæc tuę orationis pars vltima, coram tribu-
nali Christi horribiliter accusabit, & damnabit, in qua,
præter Ignatij verba, etiam Cypriani sententiam gra-
uissimam profers: Non quid hic aut ille ante nos dixe-
rit, attendendum, sed Q YD DIXERIT IS, qui ante
omnes. Is verò dixit: HOC EST CORPVS MEVM.
*Ab hoc scripto recedendum esse, iuuentutem TVRPIS**
SIME ET SCELERATE doces.

Quis ergò dubitaret, iam iam te in foribus infer-
ni stare, & ad tribunal Christi, pessima conscientia tre-
pidare, propediem horribilem sententiam eterni sup-
plicij auditurus, nisi exempla Eusebij & Augustini, quæ
studiosæ iuuentuti commendas, ipse prior secutus, TE-
TRVM illum errorem, ab A T R O spiritu profectum,
abieceris.

Nec

Nec te Philippi Melanthonis exemplo console-
ris, quem lecto Oecolampadij Dialogo de Eucharistia,
doctrinę vestrę locum dedisse, & in ea cōstanter pacem
cum vestris Doctoribus, vsque ad extremum vitę spi-
ritum, sancte coluisse, scribis: cuius nomen libenter ab
erroris huius communione vindicassemus. Is si sentens
tiam suam piam mutauit, qua se millies mori velle scri-
psit, quād dicere, quod illi dicunt: Corpus Christi non
nisi in uno loco simul & semel esse posse, & verbis, &
DICTO Christi simplici fide adh̄erendum, cum Luthe-
ro piē monuit: vicem hominis de Ecclesia & re litera-
ria aliās optimē meriti, dolemus, qui nunc ad tribunal
Christi constitutus, expertus est, spiritus Zwinglii,
ATER AN ALBUS FVERIT, & vtra pars Filio Dei
probetur.

Nos sanè minimē illud Augustini ignoramus: Ni-
mis peruersē seipso amare, & ideo alios errare vo-
lunt, vt errores ipsorum lateant. Certi autem sumus,
nos minimē errare posse, neque alios seducere, si sim-
plici fide perspicuis verbis Christi adh̄earamus, & ab
illorum SCRIPTO ne pilum recedamus.

Sarcasmum autem Diabolicum in te vindicabit *D. 2. fa. 21*
Dominus Iesus, qui nos Dionysio Tyranno, & auditores
nostros parasitis eius sceleratē comparas, vipera ve-
nenatissima, quos saliuam ipsius lingere, & nectaris ha-
bere loco, necesse erat. Nos enim auditoribus nostris,
non saliuam nostram, sed SCRIPTVM verborum Te-
stamenti Christi proponimus, simplici fide honoran-
dum. Hoc tu, os blasphemū, saliuæ Tyranni Dionysij
comparans, scias te iudicem habiturum, qui vicissim
tibi quoque non parcer.

Tutis-

Tutissimum autem fuerit, reuocare pedem, neque ulterius progredi, ne forte iudicium Dei te subito opprimat, ut exemplo Doctoris Ioannis Stösselij, Thomae Pistoris, & Iacobi Glatij, quorum exempla tibi in Confutatione Disputationis ob oculos posui, in horribilem desperationem ruens, nullam amplius consolationem admittere possis.

Dominus noster Iesus Christus, Illust. Principem, Ducem Ioannem Casimirum, à te, tuæque impietatis socijs, pessimis in religione hominibus, liberet: & oculos ei aperiat, ut videre possit, in quantum periculum, adeoque eternum exitium, scipsum, & animarum multa millia præcipitet, si eos porrò audiat, & eis obtumperet. Quod ne fiat, Deum Patrem Domini nostri Iesu

Christi ardentibus precibus inuocamus: quibus, vñà cum Spiritu sancto, sit laus, honor,

& imperium, in omne x-
uum, Amen.